Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Elegia de Marcolfo liberum arbitrium felis explorante ...

Faber, Martin

Islebiae, 1700

"Annual iam redeunt labentis tempora fecli, quae vetus a bachinomine nomen habent. [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-129601

Visual Library

CLARISSIMO VIRO VIRTVTE DOCTRINA ET VERA PIETATE PRAESTANTI D. IOANNI COBOLDO, ARTIS MEDICAE DOCTORI & Physico Aldenburgensi, Domino & amico suo Charissimo. S. D.

ANnua iam redeunt labentis tempora secli,
Quæ vetus à Bachi nomine nomen habent.
Impius his regnat gentilibus Histrio ludis,
Gaudiaq; obscænis vndiq; mixta iocis.
Quin suus extat honos, plausuq; sequente nouarum
Certa voluptatum dona repertor habet.
Intereapulsa pietate modestia friget,
Exulat & morum castus vbiq; decor.
Dicite qui Christum sacri baptismatis vndis,
Induti colitis seria iussa Dei?
Dicite, num vani scurrilia gaudia mundi
Vos quoq; lasciuo parta furore decent?
Non ita, sed ciuis cælestis honore fruentes,
Tramite cœlesti vita peracta decet.
Si tamen innumeris hæc vita molesta periclis,
Ridiculis aliqua est parte leuanda modis.
Impia lasciuæ valeant spectacula scenæ,
Moribus & vitæ Perniciosa piæ.
Sed iuuet historiæ narratio grata venustæ,
Et sale conditis fabula mixta iocis.

Hus

Huc vetus ergo iocus Marcolfi pertinet, ille
Seria festiuo multa lepore monet.
Te sale mordaci luden, scelerata Synerge,
Orci progenies Eumenidumq; perit.
Hunc tibi, pæonij decus ordinis, ecce, Cobolde
Pignus amicitiæ, carmine dono iocum.
Vnicus ex multis miserum discernere Paulum
A sacro sancto quippe Platone soles,
Rideat hæc tumidi Sapientia friuola Mundi.
Veracis tamen hæc ars manet vna Dei.
Ringatur varius versuto pectore Protheus,
Tundentis titulos Aegocerotis habens.
Flexiloquus Polypus, fraudante Sophismatis ausu
Dementans hominem, ludificansq; Deum.
Frendat & insignis procero nomine μωρὸς
Fucus & alterius parta labore vorans.
Altisonansq; κόλαξ vulpinæ cuspide caudæ
Egregie rigidos figere doctus apros.
Turba etiam palsiua fremat, pro nectare dulci
Turpia quæ Polypi lingere sputa solet.
Deniq; tota suo cum Principe Tartara frendant,
Turba tamen, Domino vindice, tuta sumus.

M. Martinus Faber.